

HUA Archief kapittel Sint Jan toegang 222 inventarisnummer 797-2.

In nomine sancte et individue trinitatis notum eat tam presentibus quam futuris quod dominus Godeboldus ecclesiae sancti Iohannis bapistae in Traiecto prepositus, nomine et memoria dignus, ut curtis que sita est in Bosinkem cum suis appendiciis ecclesiae sancti Iohannis concederetur, eiusdem ecclesiae expensa iusto emptionis titulo comparata pia humanitate laboravit et optabili studio effectui mancipavit. Hanc curtem iam dicta ecclesia sancti Iohanni iusto titulo et quieta possessione usque ad tempora beatae memoriae domini Harberti Traiectensis episcopi cum usufructu plenissimo obtinuit et praescriptione temporis lege taxati sine omni interruptione 5 possedit. Regnante autem Conrado rege Romanorum emergerunt quidam qui querimonium super curte praefata in conspectu regis Conradi praesente domino Harberto episcopo deposuerunt. Quae quia nullo titulo et iure subnixa fuit, ordine iudiciario decisa cessavit. Postmodum in conspectu regis Frederici antequam imperatoris nomine gauderet praesidente Traiectensi ecclesiae Hermanno episcopo eadem querimonia repullulavit, sed ea facilitate qua mota est consopita evanuit. Tandem venerabili domino Godefrido Traiectensi episcopo Iwainus de Gokesforde cum sua laterali praeteritis molestiis novas adiciens querimoniam super praetaxata curte rationabiliter extinctam et ordine iudiciario saepius cassatam non sine iniuria retractavit. Sed dominus Traiectensis sicut dominus sicut pius ecclesiae advocatus 10 accito illustri comite Henrico de Chuic mediatorem se interposuit verbum querimoniae media karitate in suo consilio cum utriusque partis consensu suscepit. Consuluit igitur pro bono pacis ut capitulum sancti Iohannis predicto Iwaino x libras conferret, tali pacto, ne querimonia tam iniuriosa in posterum ullo modo repullularet. Idem quoque Iwainus fideiussores dedit dominum Heinricum comitem de Chuic, Herimannum comitem de Novimagio, quod super bonis superius dictis conventum sancti Iohannis nec ipse nec aliquis ex linea uxoris suae amodo molestare attemptaret. Nichilominus venerabilis antistes Godefridus sententiam excommunicationis in eos, siqui praedictam ecclesiam in bonis totiens memoratis gravare praesumpserint, promulgavit. Et ut haec rata sint et omni 15 tempore inconvulsa, praecepit liberalissimus pontifex Godefridus hanc paginam conscribi et suo sigillo consignari. Acta sunt haec anno incarnationis Dominicæ m c lxxvi, indictione ix, regni Frederici xxv, imperii xxi, episcopatus domini Godefridi xxi. Testes sunt quorum nomina infra subscripta sunt Theodericus decanus maioris ecclesiae, Gocelinus praepositus sancti Salvatoris, Arnoldus praepositus Daventriae, canonici, de sancto Martino Gocelinus et Gozuinus, de sancto Petro Wilhelmus et Walterus et Reinboldus, de sancta Maria Eppo, Walterus, Bruno, laici nobiles, Heinricus de Chuic, Gerlagus castellanus, Wilhelmus Strabo, Wilhelmus de Lureke, Heinricus de Berebache, Winricus de Wegesaten, ministeriales, Helias, Giselbertus de Amestelle, Giselbertus de Wercunde, Albero Pavo, Otto Capellanus.

In naam van de heilige en ongedeelde Drie-eenheid moet het bekend worden zowel aan de mensen van nu als die van de toekomst dat heer Godebold proost van de kerk van de heilige Johannes de dooper in Utrecht, de naam en de nagedachtenis waardig, met de bedoeling dat de hof die gelegen is in Beusichem met de dingen die erbij horen, aan de kerk van de heilige Johannes geschonken zou worden, de onkosten van deze kerk, die onder de juiste naam van aankoop zijn gemaakt, met vrome menselijkheid mogelijk heeft gemaakt en met wenselijke ijver ten uitvoer heeft gebracht.

De reeds genoemde kerk van de heilige Johannes heeft deze hof onder de juiste naam en in rustig bezit tot aan de tijd van de heer Harbert, bisschop van Utrecht zaliger nagedachtenis, met het meest volledige vruchtgebruik verkregen en door het voorschrift van de tijd die door de wet is bepaald zonder enige onderbreking in bezit gehad. (5)

Tijdens de regering evenwel van rooms-koning Koenraad doken er lieden op die een klacht over de voornoemde hof hebben ingediend voor koning Koenraad in aanwezigheid van de bisschop, heer Harbert. Omdat deze klacht op geen enkele rechtsregel steunde, werd ze door de rechterlijke orde afgewezen. Later kwam deze klacht weer tot leven voor koning Frederik, voordat hij zich verheugde over de naam keizer in de tijd dat bisschop Herman de kerk van Utrecht leidde, maar met het gemak waarmee ze werd opgerakeld, verdween ze weer, in slaap gesust. Tenslotte voegde, toen de eerbiedwaardige heer Godfried bisschop van Utrecht was, Iwain van Gokesforde met zijn echtgenote aan oude grieven nieuwe toe en diende de klacht aangaande de voornoemde hof, die redelijkerwijs was verlopen en door de rechterlijke orde vaker nietig was verklaard, ten onrechte opnieuw in. Maar de heer van Utrecht plaatste als heer en als vrome beschermer van de kerk (10)

na de beroemde **graaf Hendrik van Cuijck** zich als bemiddelaar tussen de partijen in en aanvaarde door middel van de liefde de klacht in zijn raad met de instemming van beide partijen. Hij zorgde dus voor het goede van de vrede dat het kapittel van de heilige Johannes aan de voornoemde Iwain 10 pond schonk, op die voorwaarde dat een zo onrechtvaardige klacht in de toekomst in geen geval zou opduiken. Ook gaf dezelfde Iwain als borgen de heer Hendrik van Cuijck, Heriman graaf van Nijmegen, dat noch hijzelf noch iemand van het geslacht van zijn vrouw het klooster van de heilige Johannes voortaan zou proberen lastig te vallen over de hier eerder genoemde goederen.

Niettemin heeft de eerbiedwaardige priester Godfried het vonnis van excommunicatie over hen bekend gemaakt, indien zij het zouden wagen de voornoemde kerk met betrekking tot de zo vaak vermelde goederen lastig te vallen. En opdat al deze zaken geldig zouden zijn en ten alle tijde onaangetast, beval de zeer vrijgevlige priester dit document te schrijven en van zijn zegel te voorzien.

Deze dingen zijn afgehandeld in het jaar van de vleeswording van de Heer 1176, het negende jaar van de indictie, het 25ste van het koningschap van Frederik, het 21ste van zijn keizerrijk, het 21ste van het episcopaat van de heer Godfried.

De getuigen van wie de namen hierbeneden geschreven staan, zijn Dirk deken van de domkerk, Gocelijn proost van de Sint-Salvator, Arnold proost van Deventer; kanunniken van de Sint-Maarten Gocelijn en Gozewijn, van de Sint-Pieter Willem en Walter en Reinbold, van de Sint-Maria Eppo, Walter, Bruno; edele leken Hendrik van Cuijck, Gerlag burggraaf, Willem Strabo, Willem van Luteke, Hendrik van Berebachen, Winric van Wegelaten; dienstmannen Helias, Gijsbrecht van Amstel, Gijsbrecht van Wercunde, Albero Pauw, Otto kapelaan.

Transcriptie en vertaling WvB.